
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
10 A
M22

LIBELLVS NVNCVPATVS, IL BIRRACINO.

IN QVO CONTINENTVR OMNES ordines, & Actus: quos iudices, & eorum notarii, omnesq; alii officiales in officio constituti obseruare, & facere debeant.


Nouiter summa diligentia impressus.







VENETIIS APVD FRANCISCVM BINDONVM. ANNO M LIII.



LIBELLVS QVI VVLGARI sermone nuncupatur, il Biraccino. Compositus per peritissimum uirum dominum Raphaelem Dom. Petri de Cerchiis notarium Florent.

Procœmium.

¶Supernæ deitatis immensa adsit facũdia.

VOlenti nonnullis amicorũ requisitionibus satisfacere, & eis maxime, qui nouiter officiorum artem, quam Birrariã appellamus, subire desiderant: aliquam breuem iuris dicendi, gubernandiq; normam præbere, placuit præsentiarum sub uerborum cõpendio nouis Berrouariis (præcipue iudicibus, & iurisperitis) breuem hãc infrascripti opusculi notulam, ac formam componere. Qua obseruata, facile ipsi, et eorum notarii officia eis commissa bene gubernabunt.

Dico igitur ꝙ in primis posthabitum officium iudex committat bãnitori communis talis loci, in quo præsidet: ꝙ mittat bãna cõsueta: & ea referri faciat, & registrari ĩ libro maleficiorum ordinario per notariũ ad maleficia deputatum: ut infra dicetur in ordinatione, dicti libri. Deinde fieri faciat duos Bastardellos. Vnus quorum uocetur Bastardellus maleficiorum. Alter uero sindicorum, siue rectorum contratarum, cappellarũ uilla-

rum,cõmunitatũ loci in quo præsidet,Et in dicto Bastardello sindicorũ &c.scribi faciat per dictum notarium iuramenta dictorum sindicorum,siue rectorum talium locorum sub infrascripta forma &c.

¶ Forma iuramenti sindicorũ,siue rectorũ.

Die tali talis mensis &c.

Antonius Frãcisci rector contratæ, siue cappellæ sancti Sebastiani siue sindicus Petrognani:iurauit officium suum etc.Promisit etc.Pro quo &c.

Filippus Pieri de dicto loco solemniter fideiussit etc.

¶ Verba dicenda per notarium maleficiorum sindico iuranti.

Extensio uero dictarum clausularũ est: ꝙ talis sindicus,siue rector iuret, & promittat referre ĩfra terminum statutorũ omnia maleficia,quæ cõmitterentur in loco,contrata siue uilla, & curia sua & ꝙ ibi nõ ludet: nec aliquid turpe uel inhonestũ fiet in aliquo genere maleficiorum: & si quod ꝑdictorũ fiet promittat referre: ut supradictum est.

Et nota ꝙ ĩ aliquibus locis hospitatores, & tabernarii uẽdentes uinum coguntur ad iurandum:ꝙ non retinebunt ludum,uel exbannitos,& similes &c.

¶ Forma breuis dicendi in Bastardello maleficiorum,quando denuntiantur maleficia per sindicos.

In Baſtardello autē maleficiorum ſcribi faciat per notarium maleficiorum dictus iu/dex omnes denuntiationes maleficiorū ſta/tim,ut ueniūt, breuiter,& ſummarie in hūc modum:uidelicet.

Die ſecunda Ianuarii. 1489.

Ad petitionē Pieri Frācifci de Querceto ſindici dicti loci inquiritur cōtra dictum Fa brianū Menici de Querceto cortinarū Are=tii:eo quia de dicto anno,& menſe ueniēs ad uerba altercātia,& contētioſa cū Nerio Ioā=nis de dicto loco, occaſiōe cuiuſdā paſturæ. Dictus Fabrianus armatus quadā clauerina inſultauit dictum Neriū:& ipſum pcusſit,& uulnerauit ī brachio deſtro cū sāguine &c.

Et pdicta commiſit in uia publica in dicta uilla in loco dicto al Pantano iuxta bona Bi/ni Dominici,alias il Mazza:& bona eccleſię ſancti Laurentii de dicto loco:& alios confi nes &c. præſentibus &c. Et ponātur teſtes. quos ſindicus dixit interfuiſſe.

Quādo autem ad querelā perſonæ offen/ſæ uel ſuorū attinentiū iudex inquirit: ſemp faciat ipſam perſonam offenſam,uel aliā pro ea querelantem iurare:ꝙ talis querela,& of/fenſata ſit uera,& non calūnioſa,& ſic in om ni actu fiendo contra inquiſitū faciat:ꝙ ſem per interſit pſentia querelāris pro ſuo inter=eſſe.Et faciat ipſe iudex dari ſibi teſtes a que relante,quādo inqſitus negaret: ad hoc ut ſe

exoneret a probatione. Et sic fiat mētio de di
cto querelāte in omni actu fiēdo. Verbi grā.
Supradictus dominus potestas, & eius iudex (ut supra) sedentes ad probationē supradictæ suæ inquisitionis (ut supra) factæ ad querelā dicti Titii: & dictus T. ad ꝑbationē dictæ suæ querelæ ꝓ suo interesse. Visa negatione facta per dictum inquisitū, ut supra: induxerunt & produxerūt in dicto iudicio infrascriptos testes: quos dictus T. querelās dicto potestati, & iudici nominauit, dedit, & asseruit interfuisse dicto maleficio contra eū cōmisso, ut supra. prout infra dicetur in ordinatione actorū in libro ordinario maleficiorum, quādo erit necesse probare inqsitionem querelantis. Nam tunc tenetur ad omnes expensas causæ, nō probando suam querelam: & esset incidit in Turpillianū Quod tene menti tu iudex in pratica.

Scribantur etiā inditia in Bastardello.

Scribi facias tu iudex in dicto Bastardello & omnia inditia, quæ habes cōtra malefactores, & examen factum de eo in tortura subcincte, & breuiter: & sic oīa alia quæ indigēt expeditione. quia multa notantur in dicto Bastardello, quæ postea non mittuntur ad librum ordinarium maleficiorum. Similiter scribantur breuiter responsiones, promissiones, fideiussiōes: & multa alia, quæ occurrūt quotidie fieri cū expeditione: ne tedio afficiatur adstantes: quæ omnia postea per ordinē

ponuntur ad dictum librum ordinarium ma
leficiorũ estensa. Quæ oĩa nota, ut uidearis
tu notarie maleficiorũ exptus, & praticus:
& habeas honorẽ. Et ut uidearis doctus, & ĩ
arte expertus, capias formã rogandi. i. dicen
di uulgari sermone, quando reus cõparet, &
subcincte respondit inquisitioni: & ꝓmittit,
& fideiussorem dat hoc modo: uidelicet. dicã
tamen latine: tu uero uulgari sermone ea di-
ces. hoc est: Tu Titius inquisitus p̃dictus pro
mittis te rep̃sentate toties quoties dicto do-
mino potestati, & eius iudici, & curiæ uide-
bitur, & placebit: & obedire eorum p̃ceptis,
& mandatis: ac soluere oẽm condemnatio-
nem de te fiendam pro prædictis. Et in casu
quo p̃dicta non seruares, tuis p̃cibus, & man
datis hic Franciscus &c. solẽniter fideiubet.
Et sic tu Frãcisce promittis seruare: & fideiu
bes pro dicto T. in casu p̃dicto: & pro prædi
ctis seruandis obligas te, tuosq; hæredes: &
bona tua omnia p̃sentia & futura: & renun-
tias quibuscunq; priuilegiis, & statutis, legi-
bus, beneficiis, & constitutionibus pro te fa
cientibus &c. Quæ omnia nota & tene mẽ-
ti. Et hæc de Bastardellis dicta sufficiat. Vi-
deamus nunc formam libri ordinarii malefi
ciorum, & primo de titulo dicti libri.

Forma rogãdi uulgariter ꝓmissiões inquisitiones, & fideiussiões.

¶ Formula tituli libri ordinarii maleficioꝝ.

In dei nomine amẽ. Hic est liber, siue qua-
ternus maleficiorum continens in se omnes

& singulas repraesentationes, iuraméta addi tiones officii, officialiūq; deputationes ban= nimenta, & relationes: eorū inquisitiones, accusatiōes, denūtiatiōnes, querelas, intétio nes, inchoationes, incameratiōes, citatiōes, & banna, & bannorū notificationes, relatio nes nuntiorū, & bannitorū, cōtumacias, iura menta calūniae, & cuiuscūq; alterius iuramē ti species: ꝓsecutiones processum: cōparitio nes, respōsiones, cōfessiones, negationes, ꝓ= missiones, fideiussiones, obligationes, renun tiationes, terminos, & dilatiōes, monitiōes, & licétias: defensiones, excusationes, produ= ctiones iuriū, & instrumentorū pacis, & scri pturarū quarūcunq;: testiū inductiones, cita tiones, monitiones, iuramenta, & attestatio nes: capitula, & articulos, ac depositiōes: & testiū attestationes, & processus publicatio= nes, cōtradictiones, reprobatiōes: & de falso redargutiōes allegationes, & causarū cōclu= siōes. Et oēs, & quoscūq; alios actus utiles, & necessarios fiendos in causis, & ꝓcessibus cri minalium quaestionum & causarum. Item omnes & singulas sentétias, condénationes, absolutiōes, & mulctas: de facto solutiones, abolitiones, cancellationes, & circundatio= nes. Et omnes, & singulos, & quoscūq; alios actus crimiales, & scripturas q̄plures, uarias ac diuersas ad causas maleficiorū spectantes & pertinentes: factus, editus, & cōpositus, &

ordinatus : tépore regiminis,& officii pote-
ftariæ fpectabilis & generofi uiri dñi F. S.
Albertis de Florétia: pro magnifico & poté-
ti populo Florentino hoñ.poteftatis ciuita-
tis Aretii , eiusq; cõmunitatus, fortiæ ac di-
ftrictus pro fex méfibus proxime futuris,in-
ceptis die prima méfis Martii, anni. 1490.
& inditione octaua : & ut fequit:feliciter fi-
niédis die. 1.méfis Septembris,anni. 1490.
Sub examine,cõfilio, & cõfenfu eximii legũ
doctoris dñi Io.P.affefforis,uicarii collatera
lis. & iudicis maleficiorum dicti domini po-
teftatis. Vel albi,ubi non funt iudices docto
rati,dicatur: Egregii iurifperiti uiri domini
Antonii de Piombino affefforis,uicarii & iu
dicis maleficiorum dicti domini Capitanei,
feu poteftatis,& fuæ curiæ.Et fcriptus,roga
tus & publicatus per me M.Ier G.de Marate
notarium publicum Florentinũ:& ad p̃fens
in hac parte notarium maleficiorũ inter alia
fpecialiter electũ,& deputatum fub anni do-
mini noftri Iefu Chrifti,ab ipfius falutifera
incarnatione. 1490.Inditione.8.Tempore
põtificatus sáctisfimi,ac beatisfimi in Chro
patris & domini.I.diuina prouidentia papæ
octaui.& die uero prima méfis Martii felici
ter inceptus, & cõpofitus: & ut infra fequit
finiédus.Et fub dicto titulo ponatur fignum
notarii maleficiorũ. Deinde in fecũda carta
dicti libri repræfentatio rectoris fcribatur:

& iuramẽtum sui, & suorum officialium: & aditio officii: deputationes officialium: commissiones bãnorum: & eorum relationes: ut infra per ordinẽ sub infrascriptis formis clarius ostendetur.

In Dei nomine amen. Anno ab eiusdẽ salutifera incarnatiõe (aut natiuitate) 1 4 9 0. Inditiõe. 8. Die uero pria mẽsis Martii &c.

Spectabilis & generosus uir. F. S. de Bagnesibus de Florẽtia hoñ. potestatis ciuitatis Aretii, eiusq; comitatus, & districtus pro sex mensibus pxime futuris, initiatis hac pñti supra scripta die, & ut sequit̃ finiendis. Vigore suæ extractionis una cum suis officialibus, & familia in numero debito, & requisito se cõtulit personaliter in dicta ciuitate Aretii: & ibidẽ in maiori ecclesia cathedrali dictæ ciuitatis, more solito, cũ dictis suis officialibus, & familia repræsentauit corã magnificis dominis prioribus populi, & Vexillifero iustitiæ cõmunis Aretii: & ipsis dedit & repsentauit literas magnificorum, ac potentissimorum. D. D. priorum libertatis, & Vexilliferi iustitiæ populi Floreñ. Quibus quidẽ literis apertis, & per Cancellariũ dicti cõmunis Aretii publice lectis: ipse pfatus F. potestas prædictus cum dictis suis officialibus in numero debito seruatis seruandis, iurauit solenniter dictũ eius officiũ bene, iuste, fideliter, & legaliter gubernare, exercere, & guber

nari & exerceri facere. remotis &c. omni meliori modo &c. Rogans Ser A. notarium publicum Floren. & nunc eius militem socium, ut de dicta sua repræsentatione rogatus existat: & de ea publicum cōficiat instrumentum: & illud immediate transmittat, & præsentari faciat in cācellaria palatii Floré.

Forma aditionis officii.

Postq̄ incontinenti eadem die, ipse præfatus dominus potestas cum dicto suo debito numero officialiū, & famulis uenit, & se personaliter contulit ad fores palatii habitationis, & solitæ residentiæ domini potestatis in dicta ciuitate Aretii: & ibidé accepto baculo a N. uiro P. F. de Ricibaldis de Floré. olim ꝓximè potestate dictæ ciuitatis &c. & suo in officio p̄cessore, dictum eius officiū, diuino postulato, suffragio, feliciter adiit, & incepit & apprehédit. Et uolés, atq; intédens dictū eius officiū bene, iuste, ac fideliter, & magis cōmode gubernare, & gubernari facere: fecit infrascriptas deputationes officialium ad infrascripta officia, & quodlibet prædictorū in hunc modum, & formam: uidelicet.

In primis quidé elegit, & deputauit ī suū, & suæ curiæ assessorem, uicarium, & iudicé: tam ad ciuiles, q̄ criminales causas, seu mixtas: & ad oïa & singula alia spectantia, & pertinentia ad dictum eius officiū, eximium legum doctorem dominum Io. P. de Pupio. Deputatio iudicis.

Dans & concedens eidem domino Ioan. in prædictis, & circa prædicta omnem eius auctoritatem, potestatem, ac uices suas.

Item elegit: & deputauit in suũ & suæ curiæ militẽ socium sapientem uirum Ser G. olim Francisci M. de Maradio notarium publicum Floren. in omnibus, & singulis suis sententiis exequendis: & in omnibus aliis rebus exequibilibus, & aliis exspectantibus, & pertinẽtibus ad dictum officiũ militis socii. Dans & concedens eidem Ser G. in p̃dictis omnibus, & singulis omnimodam potestatem, & uices suas.

Et nota: ꝙ in aliis locis ubi non uadũt iudices, sed solum milites socii, prout in uicariatis, fiat electio dicti militis socii in loco iudicis: apponẽdo in sua deputatione ultra uerba prædicta hæc: uidelicet. Elegit & deputauit &c. militem socium & cognitorẽ in ciuilibus, & criminalibus causis, seu mixtis. & in omnibus aliis causis executiuis, & exequibilibus: prout supra dixi &c.

Item elegit, & deputauit in suũ, & suæ curiæ militẽ baculi, & custodiæ, & appellationum, prouidum & expertum uirũ Ser G. F. de Maradio notarium publicũ Florẽ. Dans & cõcedens eidem Ser G. in p̃dictis, & circa p̃dicta omnimodam potestatẽ, & uices suas.

Deputatio Notarii.

Item elegit, & deputauit in suũ, & suæ curiæ notarium maleficiorum, & extraordina

riorũ,& dãnorũ datorum me An. ser. G. de Pupio notarium publicũ. Dans & cõncedẽs mihi in p̃dictis, & circa prædicta omnimodam potestatem,& uices suas.

rii maleficiorũ,& dãnorum datorum.

Et insuper:ad abundãtiorem cautelam dictos eius officiales,& quemlibet ipsorum ad inuicem:uidelicet unum alteri: & econuerso:substituit & deputauit in oi casu absẽtiæ uel legitimi impedimenti alicuius ipsorum Dans & concedens dictis substitutis,& cuilibet ipsorum ĩ dictis casibus omnem eius auctoritatem, & uices suas, & dictorũ officialium,quibus substitutus esset,uel essent etc.

Substitutio officialium.

Præfatus dominus potestas, & eius iudex maleficiorum existentes in sala magna habitationis & residentiæ dicti dñi potestatis ad abũdantiorẽ cautelã:& ne quis sub prætextu ignorantiæ se ualeat excusare, commiserũt, imposuerunt,& mãdauerunt P.S. de parma publico p̃coni et bãnitori cõis A. & suæ curiæ præsenti,audienti,& intelligenti quatenus ex ipsorum parte,& mãdato uadat in locis publicis,& consuetis dictæ ciuitatis A. ĩ quibus ĩfrascripta bãna, & similia solita sunt fieri:& in dictis locis publicè, palam, & alta uoce sono tubæ præmisso baniat p̃conizet, notificet,intimet,protestetur, mittat & faciat infrascripta bannimenta infrascriptorũ tenorum continentiæ & effectus sub infrascriptis pœnis: uidelicet.

Forma cõmissionis bannorum

Cõtra blasfematores

In primis quidem: ꝙ nulla persona cuiuscunq; status, gradus, dignitatis, aut conditionis existat, audeat, uel præsumat blasfemare omnipotẽtem Deum, uel gloriosam eius matrem, & semper uirginẽ Mariam: aut aliquẽ alium sanctum, uel sanctã cœlestis curiæ paradisi: uel contra eos: aut aliquem eorum aliquid turpe, uel inhonestũ proferre, dicere, facere, uel attẽtari sub pœna, & ad pœnam arbitrii dicti domini potestatis &c.

Contra euntes de nocte

Item: ꝙ nulla persona cuiuscunq; gradus, status, dignitatis, aut conditionis existat, audeat, uel præsumat ire de nocte sine lumine euidenti, & manifesto per dictam ciuitatem A. uidelicet a tertio sono cãpanæ, quæ solita est pulsari de sero usq; ad sonũ cãpanæ solitæ pulsari de mane, sub pœna in dictis statutis, & ordinamentis contenta: & ad arbitriũ dicti domini potestatis.

Contra ferẽtes arma.

Item: ꝙ nulla persona cuiuscunq; gradus, status, aut cõditionis existat, audeat, uel præsumat tam de die, q̃ de nocte per dictam ciuitatem A. uel eius comitatũ diferre, aut portare aliquid genus armorum offendibilium, uel defendibiliun, sub pœna, et ad pœnam i dictis statutis contentam: et ad pœnam arbitrii dicti domini potestatis, & amissionis dictorum armorum etc.

Contra Iudcutes.

Item: ꝙ nulla pſona cuiuscũq; gradus, status, aut cõditionis existat, audeat, uel præsu

mat directe,uel idirecte de die, uel de nocte in secreto,uel palam:& tam in publico, quā in priuato : p se uel per alium quoquomodo ludere,uel ludi facere ad aliquem ludum taxillorum,nayborum,siue chartarum prohibitum:tam de iure, quam ex forma statutorum,uel ordinamētorum dictæ ciuitatis Aretii,uel in dictis ludis uetitis, & prohibitis (ut supra denarios,taxillos,chartas, uel aliquid aliud p̄stare,immittere,uel commodare:nec dictos ludos in domo,uel apotheca,p̄pria,uel conducta seu in alio aliquo loco retinere,uel retineri facere,sub pœna,& ad pœnā statutorum,& ordinamentorum prædictorū,& arbitrii dicti domini potestatis, & amissionis pecuniarum, & aliarum rerum ī dictis ludis positarū, uel cōmodatarum &c.

Item: ꝙ nulla persona cuiuscunq; gradus, status,aut conditionis existat, audeat uel p̄sumat ire ad aliquod monasterium sacrarū monialium:uel in eis aliquod inhonestū,uel turpe facere:uel dicere:sub pœna,et ad pœnam statutorum, & ordinamentorum p̄dictorū:& atbtrii dicti domini potestatis &c. Contra euntes ad monasteria.

Item:ꝙ nulla persona cuiuscunq; gradus, status,aut cōditionis existat,audeat,uel p̄sumat modo aliquo p se, uel per alium directe uel indirecte receptare uel receptari facere ī aliquo loco aliquē rebellē,uel exbānitum et cōdēnatū cōis Flo.uel dictæ ciuitatis Aretii Contra recipientes exbannitos.

uel ipsis rebellibus & cõdemnatis, uel alicui eorum dare, uel dari facere cibũ, potum,, receptum, auxilium, uel aliquod subuenimẽtũ aut fauorem; uel cum ipsis loqui, uel ad eos scribere, uel eorum literas recipere: neq; eis aliquam comitiuam societatẽ præstare: sub pœna, & ad pœnam in dictis statutis, & ordinamentis contentam: & ad arbitrium dicti domini potestatis.

Contra exbãnitos homĩes et malæ conditionis, & famæ

Item ꝙ omnes, & singuli rebelles cõdẽnati, & exbanniti cõis Floren. & dictæ ciuitatis Aretii: oẽs & singuli homines, & personæ malæ conditionis, cõuersationis, uitæ & famæ debeant per totam præsentem diẽ disgombrasse, & disgõbrare: & seipsos & eorũ ꝑsonas absentare extra territorium ciuitatis & districtus Aretii, & suorũ cõfiniũ: et extra ꝑdictos confines stare, & permanere: nec aliquo modo intrare, uel ꝑmanere in dictos cõfines dicti territorii Aretii. Notificando, intimãdo, & protestando prædictis, & cuilibet ipsorum: ꝙ a dicta ꝑsenti die suprascripta in posterum contra eos, & quemlibet ipsorum procedetur, & fiet prout de iure secundũ formam statutorũ, & ordinamẽtorum ꝑdictorum requiritur, & disponitur etc.

Contra tenentes pondera, & mẽsuras nõ rectas.

Item: ꝙ oẽs, & singuli mercatores, artifices, & alii uendentes, uel emẽtes, aut aliquid traficantes ad pondus, uel mensurá, debeant habere & retinere penes se in eorum apothe

cis, &

cis,et locis ubi uendũt,uel traficum faciunt mẽsuras,& põdera cũ quibus emunt,& uen dunt,uel traficãt,iustas,et iusta: directas, & directa:& signo cõis, & dicti dñi ptãtis mat/chiatas,& sigillatas:et cum ipsis,& non cũ a/liis uendant,emant,et traficẽt:sub pœna, & ad pœnam statutorum, & ordinamẽtorum prædictorum,& arbitrii dicti dñi ptãtis etc.

Contra uendentes ante sonum campanæ.

Et ꝙ nulla persona:tã treculus uel trecu/la,q̃ uenditor uel uẽditrix, uel alia quæcũqꝫ persona cuiuscunqꝫ gradus status,aut condi/tionis existat,audeat,uel ꝓsumat, emere uel uẽdere,uel uendi facere aliquod genus gras/siæ,uel bladi ante sonum campanæ: quæ soli ta est pulsari in die fori in dicta ciuitate Aretii,i ipso foro,uel alibi,aut in aliquo loco di/ctæ ciuitatis, uel extra eius portas per duo miliaria sub pœnis prædictis &c.

Contra rectores sindicorum capellarum.

Item ꝙ omnes & singuli rectores cõtrata rũ:& sindici siue camparii uillarũ,& cõium: & oẽs & singuli hospitatores, & tabernarii: tã dictæ ciuitatis A. q̃ eius cõitatus debeant uenire et comparere corã dicto dño ptãte,et & eius curia infra tẽpus,& terminum in di/ctis statutis et ordinamẽtis contentũ, ad iu/randum eorũ officium,& alia faciendum:ad quæ secundũ formã statutorũ & ordinamẽ/torum ꝓdictorum tenẽtur,& obligati sunt: sub pœna,& ad pœnam in dictis statutis, & ordinamentis contenta &c.

Contra uendētes aliqua in credentia familiæ potestatis.

Item ꝙ nulla persona cuiuscunꝗ gradus, status,& conditionis existat,audeat, uel pſu mat uēdere,uel dare in credentiam, donare uel mutuare,aut credere sub spe alicuius futuræ numerationis aliquid alicui ex familia dicti dñi ptātis, et suæ curiæ: sine expressa licētia dicti dñi ptātis. Notificādo,intimādo & publice præconizādo, et protestādo ꝙ ipse dñs ptās pfatus non intelligit, neꝗ uult p aliquo prædictorū in aliquo teneri, uel obligatum esse:nisi de sua expressa processerit licentia,uel uoluntate,& ꝙ alias talibus uendentibus,credentibus mutuantibus,siue cōmodantibus imputabitur &c.

Forma relationis bānorum.

Qui A. publicus præco & bānitor prædictus post dictā commissionē sibi factā ut supra,iens,& deinde rediēs retulit dicto domino ptāti,eiusꝗ iudici,et curiæ,et mihi notario īfrascripto, se iuisse ad fores palatii dicti dñi ptātis, et ī platea cōis A.& ī oībus aliis locis publicis,& cōsuetis dictæ ciuitatis A.ubi similia bannimenta fieri debent, & solent et in dictis locis publice,palā, et alta uoce,sono tubæ præmisso,bannisse,pconizasse,et notificasse,manasse,et intimasse, et protestatum fuisse omnia et singula suprascripta banna, et bannimenta sub suprascriptis pœnis. et oīa talia fecisse,et dixisse in prædictis,et circa prædicta,et quodlibet pdictorū,quæ dicere,facere tenetur, et debet: et ex debito sui

officii,prout supra habuit in mandatis.

Expeditis talibus bãnis: postea scribãtur tales inquisitiones,& accusationes,et omnia alia acta,quæ in eis fiũt usq; ad sententias diffinitiuas exclusiuæ quæ sentẽtiæ scribanť postea de per se in uno alio quaterno in fine dicti libri insimul suto. et similiter mulctæ & condẽnationes de facto:ita q; inquisitiones & accusationes, & earum ꝓcessus,& acta, & abolitiones fiant de per se,et non immisceantur cum dictis sentẽtiis: ut infra ostẽdetur.

Nota q; in causis accusationũ tu iudex facias semper tibi dari a partibus acta et scripturas extẽsas:& nihil in eis scribas,uel scribi facias,nisi solũ actum iudicis: quia siquid in eis male formabitur,uel erratũ erit,imputẽt sibi dictæ partes,et non tibi. Tene etiã mẽti q; i causis adulterii,& stupri,& similium, incẽdii uasti,& turbationis possessionum, uel dãni non procedas nisi propter accusationẽ partis:ut te releues ab onere probationum, & multarum rerum &c. Nota causis accusationis.

¶In dei noie amen.Hæc est quædã inquisitio,quæ fit,& fieri intenditur per spectabilẽ & generosum uirũ R.F. de Albizis de Florẽtia hoñ.potestatẽ dictæ ciuitatis A.& eximium legũ doctorem dñm Ioannem de Puppio eius iudicem meleficiorũ,ex eorum,et cuiuscunq; ipsorũ mero officio,,arbitrio, potestate auctoritate, & balia ad querelã ĩfrascripti

Iacobi A. cum iuramento solenni querelan-
tis. Necnon ad denuntiam F.P. de Aretio p̄-
dicto conrectoris contratæ Porgholeti con-
tra & aduersus.

In aliis uero inquisitionibus i libro sequē-
ti sufficit solum dicere: hæc est q̄dam inquisi
tio etc. quæ fit & fieri intēditur per supradi-
ctum dominum potestatem, & eius iudicē
maleficiorum, ex eorum, & cuiusq; ipsorum
&c. & reliqua ut supra &c.

Baldum A. lanificem de Aretio prædicto
mandatorem. Thōmeum francisci Anto-
nii de uilla sancti Zeni cōitatus Aretii auxi-
liatorē: & Lodouicū Magagnini Fulignati
de Lodio partium Lombardiæ forensem, ua
gabundum, assassinum, barū, falsariū, prodi-
torē, stupratorem, incendiarium, sogdomi-
tā, parricidam, publicum et famosum furē,
latronē, & publicarū stratarum ruptorem et
derobatorem, barecterium, homicidā, adul-
terum, incestuosum, sacrilegum, damnati &
nefarii coitus fonicatorē, & hæreticū, frau-
datorem, truffatorem, trāsfugam, parricidā,
maleficum, ueneficū, & hominem malæ con
ditionis, cōuersationis uitæ, morū, & famæ.

In eo, de eo, & sup eo: q̄ fama publica p̄ce-
dēte, & clamosa insinuatione referente, non
quidē a maleuolis & suspectis, sed potius ab
honestis ueridicis, et fide dignis hoībus, et p
sonis: non semel tm̄, sed pluries et pluries ad

aures, & notitiã dicti dñi ptãtis, eiusq; iudi-
cis maleficiorum & curiæ: etiam per modũ
notorii, & querelãter auditu peruenit: q de
anno pñti. 1485. & de mense Ianuarii de
nocte, dicti Baldus & Lodouicus inqsiti pdi
cti existentes in castro Montisuarchii uallis
Arni supioris cõitatus. Floré. in hospitio de
la Palla, fecerunt & habuerũt insimul tracta-
tũ, consiliũ, & deliberationé committédi &
perpetrandi infrascriptum homicidiũ cõtra
infrascriptum Augustinũ inimicũ dicti Bal
di. In quo quidem cõsilio, tractatu, & delibe
ratiõe dictus Bal. mãdauit & dixit dicto Lo.
ĩfrascripta uerba uidelicet. Lo. se tu uuoi uc
cidere Agostino mio nemico: io ti prometto
dare & pagare fiorini céto d'oro larghi, iqua
li depositerò in Siena in qual bãco uuoi: che
morto che harai il detto Agostino, uien per
essi a tua posta, ti sarãno dati. Cui dictus. Lo.
respõdit & dixit. Se tu m'imprometti di dar
mi detti fiorini cento che tu di: io ti promet
to d'amazzare & uccidere il dettò Agostino
tuo nemico. Qui Bal. respondit & dixit: Io ti
prometto, & cosi giuro d'attenertelo Et de-
mum data sibiipsis adinuicem fide destando
in tali proposito & exequédo prædicta & fa-
cto & firmato cõuento inter seipsos tali pro
posito, & pacto discesserunt de dicto loco: &
quilibet ipsorũ iuit pro negociis suis. Deinde
ad tres dies dictus Lod. assassinus, homicida,

Contra assassinos.

& inquisitus prædictus spiritu diabolico in/
stigatus, deũ præoculis non habendo: sed po
tius humani generis inimicũ, & immemor
salutis æternæ: mouens se de loco ad locũ ar
matus lancea, clauerina, spata & cultella de
ferro, armis aptis ad infrascriptũ maleficiũ
& homicidiũ committendũ & perpetrandũ
accessit ad castrũ Quaratæ comitatus A. &
ibidẽ existens in hospitio de Cãpana: in quo
manet Antonellus de Mediolano hospita/
tor, inuenit dictũ A. ibidẽ hospitantẽ & cœ/
nantẽ: cum quo dictus Lo. barus, falsarius, &
inquisitus p̃dictus post cœnã incipit ludere
cũ falsis taxillis, quos emerat a quodã Arrigo
lenone in ciuitate Bon. de mense decembris
dicti anni pro pretio solidorum. xx. pro qua/
libet mezetta taxillorum: qui taxilli erant &
uocantur uulgo del piu, & del meno. & cum
dictis falsis taxillis ludendo ad ludum zardi:
& postea ad ludũ, qui dicitur a perdi & uin/
co, immittendo in dicto ludo falsam mone/
tam: uidelicet florenum unũ de rame de su/
per auratũ, & grossos plures falsos argenteos
desuper: quos dictus Lod. emerat a quodam
Thommeo Andreocii de monte Fellonico
cõitatus Senarũ falsator, & magister, et fabri
cator falsarum monetarũ pro p̃tio solidorũ
xxii. pro quolibet falso floreno prædicto: &
pro pretio solidorum trium pro quolibet fal
so grosso de mẽse Decẽbris proxime præte/

Contra fabricãtes falsam monetam.

riti,in quadam casella existēte in uinea dicti Thōmei extra portā dicti castri mōtis Fellonici.In qua casella dictus Thōmeus cudebat fabricabat, & officinā ad fabricandū fallam monetā clam habebat,& retinebat &c. Ipse dictus Lo. animo & intētione fraudandi, & decipiendi ludentes cum eo, lusit cum dicto Augustino.Et demum fraude & malitia operatione dictorum falsorum taxillorū lusit & uicit dicto Aug.florenos.x.auri.larg.boni & puri auri recti ponderis, & conii cōis Florētiæ;quos ipse Lo.in sui usum & utilitatē cōuertit cōtra uoluntatē dicti Augu.& in eius dānum & præiudicium.Et cū mane sequenti ante lucē dictus Augustinus & Lod.uellēt de dicto hospitio recedere pro eundo uersus ciuitatem Cortonii,& soluerēt scottū dicto Antonello hospitatori:dictus Lod.falsarius, fraudator, & inquisitus p̄dictus dedit dicto Anto. unum ex dictis falsis florenis: dicēdo, Dammi l'auāzo di questo fiorino. Et dictus Ant.dedit sibi Lo. libras quinq; & solidos q̄tuor sp̄.& supradictū scottū.Qui Anto. credens dictum florenū esse bonum: deinde ad duos dies cum iret Florentiam:& ibidem in foro nouo uellet cambiare dictum florenū, fuit sibi dictum q̄ erat falsus a quodam casserio,& eleuato rumore contra ipsum Antonium tanquā falsatorem monetarum: idem Anto.innoxius & nō culpabilis fuit de facto

captus: & ad petitionem dominiorum della zeccha fuit missus in fortiam domini Capitanei populi dictæ ciuitatis Florentiæ: & ibi per curiam dicti domini Capitanei pluries fuit tortus, licet indebite & iniuste: sed culpa solũ & defectu dicti Lodo. & eius occasione.

Cõtra occidẽtes, & uulnerantes.

Qui Lod. proditor, assasinus, latro, homicida, & inquisitus prædictus de dicto hospitio ante diem cum dicto Augustino discedendo cœperunt ire uersus ciuitatem A. & cũ elongati essent a dicto hospitio per unum miliare uel circa, quasi in aurora, euaginato gladio, quod habebat ad latus, scienter, dolose, fraudolẽter, proditorie, & appensate admenando cum dicto glaudio uersus dictũ Aug. qui ipsum Lodo. præibat, percussit & uulnerauit dictum Augustinum cum dicto gladio una percussione & uulnere cassali: uidelicet in renibus prope spatulas dicti Augustini, pertrãseundo intus in casso corporis, & pertranseundo ab alio latere extra pectus dicti Augustini cum gladio, & cum magna effusione sanguinis. Et iterum admenãdo cum dicto gladio percussit & uulnerauit dictum Augustinum una alia percussione & uulnere in corpore ipsius Augustini pertranseundo intus ad intestina & uiscera cum maxima effusione sanguinis. Ex quo uulnere, rete, & uiscera de corpore dicti Augustini incisa & percussa exibant. Ex quibus

Vulnus in casso corporis.

Vulnus ad intestina.

quidē uulneribus & percusſionibus dictus Auguſtinus in terram cecidit. Et non contentus prædictis, dictus Lodouicus dicto Auguſtino cum dicto gladio inciſit uenas gulæ: & ipſum Auguſtinum fracto & inciſo ſibi gutture ſcannauit cum maxima ſanguinis effuſione: & ipſum uſq; ad camiſiam & interulas ſpoliauit, & derobauit. Ex quibus quidē uulneribus & percusſionibus, dictus Auguſtinus ex interuallo dimidiæ horæ aut minus, mortuus fuit & eſt: & diem ſuū clauſit extremum. Quem ſic mortuum & derobatum dictus Ludouicus ibidem nudum reliquit in ſtrata publica, qua itur a dicto caſtro Quaratæ in dictam ciuitatem Aretii: contra uoluntatem dicti Antonii & in eius & ſuæ familiæ, & totius domus grauisſimū damnum, iniuriam, & præiudicium.

Itē in eo, & de eo, & ſup eo: q; dictus Lo. ſtuprator, ſogdomita, adulter, inceſtuoſus, & nefarii coitus fornicator, uolēs ire ad dictā ciuitatē Senarū pro dictis florenis centū lucratis per eū in dicto aſſaſſinamēto, et morte dicti Aug. exiſtēs in uia publica prope locū, qui dicitur alle Quierce in uilla Querceti cortinarum Aretii, uidit quendam puerū annorū duodecim uel circa, nomine Pierottum Menici cuſtodientem beſtias in quodā nemore, ſiue boſchetto ibidē exiſtente: quē puerum dictus Lodouicus ſogdomita & in-

Contra fornicatores.

Cōtra ſogdomitas.

quisitus prædictus, bláditiis & aliquibus qua trenis seductũ sogdomitauit: & cum eo nefandam libidiné sogdomiæ per posteriorem sexũ, siue anũ dicti pueri carnaliter per uim exercuit, & perpetrauit cũ effusione sanguinis & fractura dicti posterioris sexus, siue

Contra stupratores. ani dicti pueri. Et díscedés de dicto loco, iuit ad hospitiũ, quod dicit l'albergo nóuo: & ibidé stetit & hospitatus est i nocte sequéti. Et cum media nox facta esset: & in dicto hospitio uidisset quádam puellá ætatis annorum 14. non nuptam quæ ibidem stabat pro famula, accessit clam ad lectum in quo dormiebat dicta puella: & ea dictus Lo. stupator & inquisitus prædictus cũ quodá sciugatorio abbauagliata, & ore sibi clauso ita: ꝙ clamare, neqꝫ loqui poterat: ipsam puellá nomine Luciá per uim carnaliter cognouit: & eius purá uirginitatem deflorauit, maculauit, &

Cõtra adulteros. uiolauit contra &c. Et non contétus prædictis, accessit clam ad lectum in quo dormiebat, & iacebat domina Berta uxor Paccinelli hospitatoris ad p̃sens in dicto hospitio: & ibidem dictus Lo. adulter, & alienarum nuptiarum temerator, & inquisitus prædictus fingens se esse eius maritum ipsam dominá Bertá pluries carnaliter cognouit, & adulterauit contra uoluntaté &c. Deinde accedés ad uillam sancti Zeni ad domum cuiusdam Thõmei Frácisci eius noti & familiaris, exñs

ad dormiendum in quodã lectulo dicti Thõ-mei una cum Antonella filia olim Gherardi olim fratris carnalis dicti Lod. quam dictus Thõmeus in domo retinebat. Qui Lo. ince-stuosus & inquisitus prædictus dictã Anto. eius neptem carnaliter cognouit: & cum ea suam nefandam & incestuosam libidinem exercuit et expleuit contra etc.

Contra incestuosos.

Et non contentus prædictis, accedẽs summo mane ad stabulũ dicti Thõmei: et uidẽs ibidem quandam pulledram, siue pullam asi-ninam, spiritu diabolico & ferali ductus, cũ dicta pulledra asinina dictus Lodo. nefarius fonicator et inquisitus p̃dictus more ferarũ et brutorum animalium turpissimam suam libidinem & damnatũ coitum exercuit, ex-pleuit, et perpetrauit: contra diuinas, huma-nas, et naturales leges etc.

Contra cõmittẽtes nefariũ coitũ cũ bestiis.

Item in eo, et de eo, et super eo: ꝙ dictus Lo. adulter, stuprator, et inquisitus p̃dictus de hoc annno et mense etc. cum despõsasset in dicta ciuitate Lodii quandam dominam B. in suam et legitimam uxoré per anuli da-tionem in signum ueri cõsensus sacri matri-monii adinuicem inter eos contrahendi, de dicto eodem anno, et mẽse sequenti, animo et intẽtione stuprãdi, existẽs iu ciuitate Bo-noniæ, iterum despõsauit per anuli dationẽ quãdam aliam puellam nomine Mateldam filiam etc. Quã sub prætextu sacri matrimo

Contra desponsantes duas uxores.

nii doloſe,& carnaliter cognouit: & ibidem eam prægnantem, & ſic pollutam,& uiolatam inſalutato hoſpite reliquit & abiit. Et rediens ad dictam dominã Bertam prius ab eo deſponſatam,cum eam matrimonium doloſe per carnalem copulam conſumauit:cõtra uoluntatem dictæ dominæ Mateldæ: & in eius & ſuorum conſanguineorum grauiſſimum dedecus,iniuriam,damnum, & præiudicium,& contra formam ſtatutorum & ordinamentorum prædictorum:& cõtra diuinas leges,& ſacros canones &c.

Contra fures cælatos

Itẽ in eo,& de eo,& ſuper eo:ꝙ dictus Lo. fur,latro,& inquiſitus prædictus mouens ſe de dicta uilla ſancti Zeni una cũ dicto Thõmeo eius noto,ut ſupra: pro eundo ad dictã ciuitatẽ Senarum armati ambo clauerinis, ſpatis,& cultellis, ꝑuenerũt ĩſimul ad quodam hoſpitiũ dictum a Male in toppo in comitatu Senarum.& ibidem exiſtẽtes, dictus Lodo.fur,latro,& inquiſitus ꝑdictus abſtulit,& furto ſubtraxit de quodam carneolo, ſiue carnerio de rete cuiuſdam Paulini Petri de Turita cõmunitatus Senarũ: qui ibidẽ in dicto ſero hoſpitabaꝛ florenos quatuor auri, & unam cinturam de argento confecto uel teſſuto de ſerico rubeo,ualoris & cõmunis ſtimationis florenorũ ſex de auro:ꝑtinẽte & ſpectãte iure dominii, uel quaſi ad ipſũ

Contra tractantes res furatas in

Paulinum.Quam cinturã dictus.Lo. fur,la-

tro,& inquisitus prædictus animo furãdi & lucrandi quo uoluit, una cũ dictis quatuor florenis exportauit: & deinde ad q̃tuor dies dicto cõitatu Senarum rediens in cõitatu & territorio floré.cũ dictis rebus & bonis ablatis per ipsum Lo.ut supra,perueniens: dictã cinturã pignorauit, & pignori posuit penes Eliucium Salomonis hebræũ & feneratoré in dicta ciuitate A. pro flórenis duobus auri larghis:quos in eius usum & utilitatem conuertit & deinde ad unum mensem dictã cinturam reluit:& ea mutãdo territorium portauit ad ciuitaté Castelli territorij sãctæ Ro. ec.& i dicta ciuitate Castelli i suo pessimo ꝓposito insistendo,& perseuerãdo: dictus Lo. animo & intentione lucrandi & furandi dictam cinturam uendidit & contractauit cuidam Fiorido Venãtii aurifici in dicta ciuitate Castelli pro p̃tio librarũ. 16. sp.quos denarios in sui usum & utilitaté conuertit,contra uoluntatem dicti Paulini, & eius graue damnum,& præiudicium &c. diuersis territoriis.

Et facto dicto furto p dictũ Lodouicum ut supra:inscio tamé dicto Thõmeo eius socio:ãbo uidelicet dictus Lodouicus & Thõmeus ĩquisiti prædicti de dicto loco discesserunt,& iuerunt uersus dictam ciuitatem Senarum:& cum essent instrata publica in dicto territorio Senarũ iuxta quoddã boschettum siue nemus: obuiauerunt cuidam An- Contra ruptores stratarum.

tonio de Palazolò comitatus Florētiæ equi/
tāti super quādā equā pili albi bay. quo uiso
dictus Lodou. publicus & famosus latro de-
robator, & publicarū ſtratarū ruptor, ſcien/
ter, doloſe & appenſate animo & intentione
derobandi, ſtratam rumpēdi, & infraſcriptū
maleficium committendi, fecit inſultum, im
petū, & aggreſſum contra dictum An. cū di-
ctis armis, uidente, adſtāte, aſſociante, & au/
xilium & fauorem eidem Lo. dāte et præſtā
te ipſo Thōmeo, et cū clauerina dictus Lo.
percusſit & uulnerauit dictum An. una per-
cusſione & uulnere in renibus ipſius An. cū
Percusſio ſine ſanguine. effuſione ſanguinis, & iterum admenādo cū
dicta clauerina, pcusſit dictum An. cū haſta
dictæ clauerinæ in caput i ipſius An. ſine ſan
guinis effuſione: ſed cū tumore et liuore ma
ximo. ex qua quidem pcusſione dictus Ant.
attonitus de dicta equa ī terra cecidit. Quē
An. ſic proſtratum, dictus Lo. cū quodā ſtoc
co ferreo euaginato pcusſit & uulnerauit di
Vulnus cū circatrice. ctū Ant. una percusſione & uulnere in facie
dicti An. cū magna effuſione ſanguinis, et cū
uituperatione faciei, & cicatrice euidenti p/
petuo remanſura. Et non contentus prædi-
ctis, iterum admenando cum dicto ſtocco p
cusſit & uulnerauit dictū An. una percuſſio
ne & uulnere i bracchio ſiniſtro ipſius An. iu
xta manum cū magna effuſione ſanguinis,
et cū fractura osſis, & inciſione neruorū. ex

qua percussione dictũ bracchium, et manus ipsius An. et totum dictum membrũ remansit debilitatum. Et demum dictus Lo. ut suũ diabolicum animũ malefaciẽdi satiaret, manibus uacuis, et cũ calcibus pluries pcussit dictũ An. i facie cũ aliquali scalfitura carnis et modica sanguinis effusione: et in pectore et brachiis, et aliis ptibus corporis dicti A. cum dictis calcibus sine sanguine: sed cũ tumore carnis, et liuore maximo: semper dicẽdo traditore ladro et similia: sta fermo, che a dispetto di Iddio t'amazzerò. et semper tenendo dictum An. prostratum in terra, pſente, adstante, uidente, et auxilium et fauorẽ dãte et præstante eidẽ Lo. ipso Thõmeo inquisito prædicto. et ex tali pſentia et assistentia dictũ Lo. audaciorem reddendo, et dictũ An. timidiorem. Cui An. sic in terram uulnerato et pcusso, et semistrato et prostrato, dictus Lo. derobator, et publicarũ stratarũ ruptor, abscidit et derobauit p uim eius marsupiũ de corio: quod ipse An. habebat ligatũ ad eius farsetum in quo erant floreni. 10. auri larg. quos dictus Lo. et Thõmeus latrões, et derobatores, et inquisiti prædicti animo derobandi et latrocinãdi quo uoluerũt una cum dicta equa exportauerunt, et ueniẽtes i territorio florẽtino: uidelicet in comitatu Montis politiani, dictam equam animo lucrandi, furandi, et rem alienam cõtractãdi,

Vulnus cũ fractura ossis.

Percussio manibus uacuis, & calcibus.

Verba iniuriosa, et blasfemię.

De auxilio dante.

Contra famosos latrones.

uendiderũt cuidam Blaxio Collucii de uilla Gracciani dicti cõmunitatus ꝓ pretio librarum. 24. ſp. quos denarios una cum aliis denariis ablatis, et detobatis uti eſt, inter ſeipſos partiẽdo & diuidẽdo in ipſorũ, et cuiuſq; ipſorum uſum & utilitatem cõuerterunt: cõtra uoluntatem dicti An. dñi, uel quaſi dictorum denariorũ, dictæ equæ: & in eius, & perſonæ grauisſimam iniuriam, & præiudiciũ: & contra formam &c.

Contra ſacrilegos, & maliaſtras.

Item i eo, & de eo, et ſup eo: q; dictus Lo. et Thõ. ſacrilegi hæretici, uenefici, mathematici, nigromãtes, et ĩquiſiti ꝑdicti de dicto anno. 1490. & de mẽſe Martii dicti anni, acceſſerunt ad dictam terrã Montis politiani: & ſcientes q; in monaſterio ſanctæ Claræ ſito extra muros dictæ terrę erat, et clauſa permaneat quædã ſoror, nomine N. de Montechiello cõmunitatus Senarũ ſacrata, et deo dicata: quæ erat pulchra & iuuenis: ad hoc ut eorũ pesſimã, & nefandã libidinem ſatiarent, & eorũ pesſimi animi, & inhoneſti appetiti compotes fierẽt, acceſſerunt ad quandam mulierculam uetulam nomine B. quæ ſtabat pro concubina cum quodam præsbitero Do. de Romãdiola rectore eccleſiæ ſcti Benedicti i dicta terra. et dicta B. erat, & ab omnibus reputabatur maliaſtra, faſcinatrix & nigromantrix, et eidẽ B. promiſerunt dare & ſoluere florenos auri tres largh. ſi ipſa

daret

daret eis aliquam maliam, ſaturationem, incantamentum, uel faſcinationem, ꝙ ipſa ſoror N. tam furioſo ardore amoris ipſorum icéderetur: ꝙ nihil aliud magis optaret, q̃ ab eis carnaliter cognoſci, & ſuá puram uirginitatem deflorari. Et demum firmato pacto inter eos: & habita a dicta domina B. quadá faſcinatione, & ſaturatione, in qua erant capilli capitis ſpileti, & alia diabolica instrumẽta ad perpetrandum ſimilia, acceſſerũt ad dictum monaſterium, & dictam maliam, ſiue faſcinationem clam dederunt dictæ ſorori ĩ quadam ficu matura. Quæ ſoror N. ſtatim ut comedit dictá ficũ, maximo furore amoris accenſa, aperuit hoſtium dicti monaſterii, & clam intromiſit dictum Lo. & Thõ. ſacrilegos, & inquiſitos p̃dictos. & pluries ab ipſis in nocte ſequenti fuit carnaliter cognita: & ſua uirginitas polluta & maculata. Et cũ iam luceſceret aurora, dictus Lo. & Thõmeus ſacrilegi. & inquiſiti prædicti rapta dicta ſorore N. eam de dicto monaſterio extraxerunt, & ſecum duxerunt. & de altari eccleſiæ dicti monaſterii abſtulerũt, & furto ſubtraxerũt unam tobaliam bracchiorum octo uel circa, cũ uirgis de bombice azurra in ſingulis capitibus dictæ tobaliæ: & cũ una cruce magna in medio picta de colore rubeo. quá tobaliam quo uoluerunt exportauerũt & pignori poſuerunt penes Anſelmum Gal

Contra cognoſcentes & rapientes ſacras moniales.

Contra furãtes ſacerdotij.

gani hospitatorem & tabernarium in castro Chianciani comitatus Senarũ pro libra una & soldis. 10. monetę Senẽsis. Quos denarios dictus Anselmus debebat habere & recipere a dictis Lo. & Thõ. pro scottis eis datis: Et cũ deinde ad quinq; menses: uidelicet de mense Augusti dicti anni, dicta soror N. effecta eẽt prægnãs: & eius uẽter quotidie tumesceret ita, & taliter: q amplius talis prægnatio cælari non poterat: dictus Lo. ueneficus, homicida, & inquisitus prædictus dato clam ueneno dicti sorori N. uidelicet misso arsenico in quodã poculo uini: & dato illo ab bibẽdũ dictæ sorori N. statim ipsa soror N. sumpto dicto poculo: sũmo dolore acerbi partus effœcta, fecit & ex eius utero foras emisit, & peperit unum puerum masculum uiuum: quẽ statim dictus Lo. homicida, & inquisitus prædictus manibus suis propriis eius pueri gulã astringendo suffocauit, & mori fecit: non dato ei aliquo baptismo. Et cum statim dolores partus iterum dictam sororem N. aggrederentur, ipsa soror N. peperit, & ex eius uẽtre foras emisit unam puellam fœminam abortiuam, & mortuam. & incontinẽti ui dicti ueneni, & partus acerbi dolore, ipsa soror Nastesia obiit, & mortua fuit & est, & diem suum clausit extremum: contra uoluntatem dictæ sororis etc. & dedecus dicti monasterii: & in magnum uilipendium omnipoten-

Contra uenenantes.

Contra occidẽtes pueros.

Contra fieri facientes ab ortiuos filios.

tis Dei, & sanctæ fidei catholicæ.

Item in eo, de eo, & sup eo: q̄ dictus Lo. pa tricida, & inquisitus p̄dictus de dicto anno, & de mense Nouēbris tunc proxime sequen tis, cū ad dictam ciuitatem Lodii rediret: & pater eius nomine Albertus alias Magnanimus uiueret: dictus Lo. appetens sui iuris effici, & de patria potestate & uinculo eximi, & liberari desiderans: ut maiori cum licentia luxuriari posset, & suas effrenatas uoluptates satiare ualeret, spiritu malignorum demonum ductus, ac paterni beneficii, & diuini p̄cepti, & legis dominicæ immemor, & p̄uaricator, de nocte accessit ad lectum, ī quo dictus Albertus eius pater legitimus & natu ralis dormiebat, & cum quodam sciugatorio panni lini inuoluto ad gulā dicti eius patris dictum Albertum eius patrem strāgulauit, necauit, suffocauit, et mori fecit. Quo mortuo dictus Lo. incontinēti cœpit clamare, & dicere uicinis suis: Ohime corrite qua p Dio che a mio padre e caduta la gocciola, & parmi morto, Qui uicini cū illuc accessissent, inuenerunt dictum Albertum mortuū adhuc calidum: et crediderunt quicquid dictus Lo. inquisitus patricida prædictus eius dixerat licet in contrarium foret ueritas: cōtra etc.

Contra patricidas.

Itē in eo, & de eo, & super eo: quod dictus Lo. falsarius, & fraudator, & inquisitus prædictus, accessit ad ciuitatē Bononiæ: & ibidē

reperto quodā eius socio, nomine Andrea albanese: qui ibidē forte et fortuna uenerat: sciēs q quidam Vgolinus magistri Lucæ de Lodio prædicto habebat quoddam creditū siue depositum super bancho, & societate illorum de Rabbatta in ciuitate Florentiæ: dixit dicto Andreæ: Vogliamo noi guadagnare cento ducati, che Vgolino di maestro Luca da Lodi ha sopra un bancho a Firenze: trouiamo uno notaio, che ci facci una carta di pcura, et io dirò et affermerò esser Vgolino di maestro Luca da Lodi predetto: pche uoglio fare questa procura in te, che detti cēto fiorini siano dati & pagati a te, come a mio legittimo procuratore: & poi andremmo a Firēze insieme: & hauuti che harai detti danari faremo a mezzo come buoni cōpagni, et andrenci cō Dio in quello di Roma. Et sic inter eos tali proposito firmato, accesserūt ad quēdam Petronium Martini notarium et ciuem Bononiensem iuuenem et parum expertum et iuris ignarū: qui fecit, rogauit, et scripsit dictum instrumentum mādati in publicam formam: et cum litera testimoniali in fidem sui notariatus: et cum dicto instrumento in publicā formam, licet falso: dicti Lo. et A. falsarii, et fraudatores, et inquisiti pdicti uenerunt Florētiam: et habentes secum certam quātitatem perlarum et aliorum lapidū prætiosiorum ualoris florenorum cētum et

Contra falsarios.

ultra:immiserunt dictas gioyas in quodã fia
scheto uitreo:& intrantes per portam sancti
Galli dictæ ciuitatis Florentiæ fraudauerũt Contra fraudantes gabellam.
gabellam soluendam de dictis gioys,in dam-
num communis &c. Et existentes Floren-
tiæ dicti A.& Lodouicus falsarii,& inquisiti
prædicti:ipse A.iuit ad banchum illorum de
Rabatta situm in foro nouo dictæ ciuitatis:
& ostenso dicto falso instruméto habuit, &
recepit, & sibi numerata fuit dicta quãtitas
& creditũ dictorum florenorũ centũ a quo-
dam Philippo Alouisi pieri casperio dicti bã
chi.quos denarios dictus Lodouicus & An.
falsarii,fraudatores, & inquisiti ꝑdicti inter
seipsos diuiserunt, & in eorũ usum conuerte
runt. Et scientes quendam eorum consociũ
nomine Colella de Neapoli occasione ludi,
& armorũ fore captum in curia domini ca-
pitanei ciuitatis Florétiæ, accesserũt ad quẽ
dam ser Martinũ de ciuitate Firmana milité Cõtra rumpentes officiales.
baculi dicti domini capitanei: & corrupto
cũ denariis, induxerũt ipsum ser Martinum Cõtra rumpentes carceres et aufugientes.
ad faciendum infrascriptam baracteriam,&
maleficium uidelicet. quia dictus ser Marti
nus maleficus & baracterius prædictus acce
ptis quinq; ducatis a dictis Lo.& An. fuit cõ
tentus,& consensit: ꝙ dicto Colella portare
tur clam quædã lima surda de ferro: cũ qua
lima dictus Colella in nocte sequéti secatis
& ruptis ferris fenestræ carceris i quo deti-

nebatur, aufugit de dicto carcere per nuptu ram & incisionem ferrorũ dictæ fenestræ: & sic euasit a dicta captura: contra uolunta tẽ dicti domini capitanei: & in dedecus suæ curiæ & in damnum & præiudicium fisci, & cameræ communis Florentiæ &c.

Cõtra portantes sal, et oleũ extra territoriũ.

Item in eo, de eo, & super eo: q dicti Lodo uicus, & Antonius fraudatores, & inquisiti prædicti de dicto anno, & mense, existentes in terra Grosseti maritimæ Senensis, eme runt libras centũ salis: & illud tulerunt clam in comitatu Florentiæ: & in pluribus locis per dictum comitatum illud uendiderũt plu ribus personis: cõtra formam statutorum & ordinamentorum communis Florentiæ, & gabellæ salis: & in damnum maximũ dictæ gabellæ. Et non contenti prædictis, accesse runt ad castrũ Masse uallis nebulæ territorii Florentiæ: & ibidem emerũt a quodam Puc ciarello Pieri Nardi de dicto loco salmas qua tuor olei pro pretio florenorum trium pro qualibet salma. Quod oleum clam exportan do uersus territorium Bononiense, reperti fuerũt per familiã domini capitanei monta neæ Pistoriensis cũ dicto oleo, causa portan di, & uendendi in dicto territorio Bononiæ contra deuetũ, & prohibitionem ordinamẽ torum communis Florẽtiæ, & uniuersitatis artis lanæ dictæ ciuitatis Florẽtiæ, & in eo rum, & cuiusq ipsorũ damnum, iniuriam,

& prçiudicium,et detrimentum.

